

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis;
necnon varia summorum Pontificum Decreta, contra Moralis corruptæ
propositiones, & alia

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 5. Est-ne necesse ad hoc ut dolor de peccatis nostris sit supremus,
sensus esse vehementiorem quolibet doloris sensu ex aliis omnibus malis
concepto?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40817

22 TRACTATUS VI.

Resp. Ut diximus ex Concilio Tridentino: *Contritio est dolor animi*, & non solum Corporis, quia cum peccatum sit malum interius, originem habens in voluntate, dolor qui ejus est remedium, debet pariter esse internus. In *Contritione*, inquit Divus Thomas, est duplex dolor: unus est in ipsa voluntate; qui est essentialiter ipsa Contritio, & nihil aliud est, quam displicentia prateriti peccati. Quare non sufficit dolor externus, & sensibilis, & in appetitu solum inferiori, quem indicat singultus, & lacrymæ; sed debet esse in intimo cordis, & in voluntate, juxta id quod Deus nobis præcipit, Joëlis 2. *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra, & non vestimenta vestra.* Et ut jam diximus cum S. Chrysostomo: Contritio debet esse in corde.

Quæst. 4. Quare Contritio debet esse suprema?

Resp. Dolor in *Contritione*, ut habet Divus Thomas, excedit omnes alios dolores: quia quantum aliquid placet, tantum contrarium ejus displicet: finis autem ultimus super omnia placet; cum omnia propter ipsum desiderentur: & ideo peccatum, quod à fine ultimo avertit, super omnia displicere debet.

Quæst. 5. Est-ne necesse, ad hoc ut dolor de peccatis nostris, sit supremus, sensum esse vehementiorem quolibet doloris sensu ex aliis omnibus malis concepto, quæ nobis accidere possunt?

Resp. Non est necesse, quod quidem S. Bonaventura sic explicat: *Respondeo dicendum in 4. dist. quod cum quaeritur de quantitate doloris, 16. p. 1. art. 2. dolor potest dici displicentia rationis, vel passus. q. 1. si ex hac resultans in sensualitate. Si hoc*

S. Tho. in
suppl. q.
3. art. 1. in
corp.

S. Tho. in
suppl. q.
3. art. 1. in
corp.

De Sacramento Pœnit. Cap. V. 23

secundo modo accipiatur , dico quod non est " necessere magis dolere de peccato , quam de re " temporali , nec etiam necessere est dolere , quia " non est in potestate cuiuslibet ; talis enim dolor " non consequitur amorem , sed consequitur " ipsam affectionem , & affectio experimenta- " lem cognitionem. Et quia non omnes habent " experientiam divinæ dilectionis , ideo non om- " nes ita sensibiliter dolent de peccatis : tamen " quod magis etiam sensibiliter doleat aliquis " de peccato , quam de aliquo damno , hoc est " perfectionis , & congruum , non necessarium. " Sed in quantum dolor dicitur displicantia ra- " tionis , sic dico quod displicantia mensuratur " secundum quantitatem charitatis. Et sic dico " quod in comparatione ad alios amores , ven- " dicat sibi dominium in corde , quandiu est , nec " unquam ibi est , nisi sit domina. Unde dico " quod ad hoc quod aliquis habeat charitatem , " necessere est quod diligat Deum super omnia ; " hoc autem est diligere Deum super omnia , " quod pro nullo damno vel commodo velit " offendere Deum. Sic intelligendum est de dis- " plicantia contritionis. Unde dico quod pecca- " tum debet tantum displicere rationi , quod " nullo pacto , nullo commodo , vel incommo- " do velit in ipsum consentire vel consensisse ; " quoniam voluntas quæ ex aliqua causa con- " sentit in peccatum , justa non est ; & in hoc " sensu dolor de peccatis iu contritione debet " esse summus , seu supremus.

*Quæst. 6. Quare dolor contritionis debet
esse universalis?*

Resp. Quia hic dolor debet ad omnia pec-
cata mortalia , quæ quis admisit , se extende-
re , ut habetur Ezechielis cap. 18. *Si impius
egerit Pœnitentiam ab omnibus peccatis suis,
vitæ vivet :* Proinde si remanet affectus ad